



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Et Brevis Declaratio Viæ Spiritvalis

Palma, Luis de la

Antverpiae, 1634

De tribus gradibus Humilitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60472)

lis infirmis primus in summo periculo moriendi versetur; secundus, vt minimum, non recuperandi sanitatem; tertius solus superest qui spem habet curationis. Porro si spes illa sanitatis corporalis, quæ non est omnino certa, hominem prudentem eò adducat, vt se Medico committat, seque ad quæuis subeunda remedia, quantumuis dura, offerat; quantò magis debet homo se totum diuinæ committere voluntati, vt certam spem æternæ suæ salutis nanciscatur?

De tribus gradibus Humilitatis.

Textus Exercitiorum S. Patris nostri sic habet:

ANtequam electionum materiam aggrediamur, vt ad capeffendam germanam Christi doctrinam affectum nostrum disponamus, apprimè iuuat
consi-

considerare, ac per diem totum reuolue-
re idemtidem tres sequentes modos
Humilitatis, nec non colloquia dicenda
crebrò agitare.

Primus Humilitatis modus hic est
ad salutem necessarius, ut me penitus
subdam diuinæ legi obseruandæ, utque
ne mundi quidem totius oblato mihi
dominio, vel extremo vitæ discrimi-
ne obiecto, transgrediar ex deliberato
mandatum vllum diuinum aut huma-
num; quod quidem peccati mortalis
vinculo nos obliget.

Secundus maioris est perfectionis,
ut fixo animo ad diuitias, paupertate-
tem, honorem, ignominiam, breuitatem
vitæ ac longitudinem, equè sim pro-
pensus, vbi æqualis est diuinæ laudis
& salutis meæ occasio: utque nullâ
vel humane quantæcumque felicitatis
vel propriæ mortis conditione propo-
sitâ

tâ adducar umquam, vt culpam, licet venialem tantum, decernam admittere.

Tertius est modus Humilitatis absolutissima, vt priores iam duos adeptus, etiamsi nullo superaddito laus Dei par foret; ad maiorem tamen imitationem Christi, eligam potius cum eo paupere, spreto & illuso, paupertatem, contemptum & insipientia titulum amplecti, quam opes, honores, & sapientia estimationem. Porro ad gradum hunc Humilitatis attingendum, magnum adferet compendium, triplicis colloquij precedentis de vexillis vsus, per quod suppliciter poscamus (si diuina placeat benignitati) ad talem perducere electionem, siue maior siue equalis obsequij mei erga Deum & gloria diuina prouentus subsit.

De-